

David Richter


**Magnus I. Et Johannes II. Duces Meclenburgici, Cum Ad Natalem Serenissimi Ducis Atque Principis Domini Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici ... Cras V. D. d. 26 Novembr. Anno 1739. ... In Gymnasii Celebrandum Festumque ... Invitaret, Venerabunda Mente Recolebantur**

Rostochii: Adlerus, [1739]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832287849>

Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1)





MAGNVS I. ET JOHANNES II.  
DVCEB MECLENBVRGICI,

CVM

AD NATALEM

SERENISSIMI DVCEB ATQVE PRINCIPIS

DOMINI

CAROLI LEOPOLDI,

DVCEB REGNANTIS MECLENBVRGICI, PRINCIPIS VE-  
TVSTÆ GENTIS HENETÆ, SVRINI ET RACEBVRGI, COMITIS  
ITEM SVRINENSIS, TERRARVM ROSTOCHII ATQVE  
STARGARDIÆ DYNASTIÆ &c. &c.

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI

CRAS V. D. d. 26 NOVEMBR. ANNO 1739. DIVINO  
AVSPICIO ILLVSCENTEM

SOLENNIORIBVSQVE ORATIONIBVS IN GYMNASII  
AVDITORIO MAJORI  
CELEBRANDVM FESTVMQVE INDICERET

ATQVE

PRÆSIDES ET SACERDOTES  
VTRIVSQ. IUSTITIÆ

AD EASDEM BENEVOLE AVDIENDAS OMNI OFFICIO ET HVMANI-  
TATE INVITARET, VENERABVNDAM MENTE RECOLEBANTVR

A

M. DAVIDE RICHTER,

Gymn. Gultrov. Rect.

R O S T O C H I I



Typ. JO. JACOB. ADLERI, SEREN. PRINCIPIS & ACADEMIE TYPOGR

*Ad Caspary 26ff p.  
D. Willbrander*

*Ecce  
Bibliotheca  
Academica  
Rostochiensis*

10

MAGNVS ET JOHANNES II  
DUCES MARCHIONVM

SENATVS PRINCIPIS

CAROLI LEOPOLDI

AVGVSTVS MARCHIONVM PRINCIPIS VE  
LACIAE COMITIS

DOMINI NOSTRI



SELENORIVORVM ORATIONVM IN GYMNASIO

AVDITVM MAIORI

GERHARDI TESTIMONIVM INDICET

PRÆSIDIS ET SACERDOTIS

VIRI Q. IUSTI

AD EADEM DENOTVM AVGVSTVS COMITIS ET HERMANI

AVDITVM MAIORI

M. DAVIDE RICHTER

AVDITVM MAIORI

AVDITVM MAIORI

AVDITVM MAIORI



## MAGNUS I.

**N**Ova saepe nec infausta nomina ex originibus maternis in aliam gentem fuisse illata, inter peritos studii Genealogici constat omnes. Burevini certe, Erici, & Magni, Eufemiae etiam atque Ingelburgae profapiam maternam palam loquuntur. Magno autem II. Smeck, avunculo suo utebatur Magnus I. Dux Meclenburgicus, Nostras, cujus natalem annum satis certe definire nequimus, quia anceps est Quaestio: Quis ex Triginta filiorum Principum Albertinorum natu fuerit maximus? Alberto II, primas equidem partes in superiori program. Natalitio An 1737 p. 9. adscripsi, secutus autoritatem Historicorum Daniae & b. Hübneri, Tab. Geneal. 194. & quaest. ex Hist. Polit. Part 6. p. m. 491. haud vero dissimulavi, Loccenium atque Nostratem Chemnitium in Epitome Hist. Geneal. secus atque alia sentire, quibus accedit Cranzius, Vandal. VIII. 21. palam scribens: *Hic Albertus I. tres ex conjuge suscipit filios: Henricum natu majorem, Albertum, qui in Regem Sueciae excrevit, & Magnum.* Nec a sua discedit sententia lib. eod. cap. 38. quia satis

X 2

aperte

aperte Albertum, futurum Regem Sueciæ nominat, *trium* (filiorum Alberti I) *per ætatem medium*. Natu ergo minimus fuit ex suis fratribus Magnus, quem post Annum 1340. vel 1345. natum fuisse, fingere liceat. Ex domestica sapientissimi Patris institutione iis regnandi artibus excultus prodiit, ut Patre superstite rebus etiam præesse cœperit. Anno enim 1374. una cum Patre Fratribusque Imperatorem Carolum IV. ejusque Filios Reges, sibi fœdere atque societate adjugebat, eumque Patris sui funus sexennio fere post, elatum videret, strenuam in latronibus extinguendis eorumque latibulis arcibusque diruendis præstitit operam. Notior hinc est Ejus integritas vite, quam quidem rei militaris gloria, quam certe fratrum suorum memoria virtusque obscurasse videntur. Laudi interim sempiterna ducerur Magno, No- stro, quod publicam reipubl. disciplinam ita salubriter temperaverit, ut Krantzio teste *non pateretur aut dissimularet ullam injuriæ etiam significationem, non modo irrogationem, multosque ipse prævenit male sibi cupientes, unde factum sit, ut neque subditis populis neque vicinis Principibus satis charus esset.* Latrocinandi enim studium ipsos quoque Principum aulicos Nobilesque ita invaserat, ut horum etiam nominibus parcendum ratus fuerit Crantzius, *ne majorum noxa inurat maculam honestati posterorum.* Vide ejusdem Vandal. VIII. 24 & 30. & 32. atque IX. 8 & 12 passimque alibi. Utrum vero optimus Princeps per hunc justitiæ publicæque securitatis amorem male bonis audire possit, ut superbe crudeliterque imperasse dicatur: *Er war ein hitziger und rachgieriger Herr,* quilibet, qui nullius, nisi veritatis virtutisque partibus studeat, judicare poterit. Ego certe in illorum transibo sententiam, *multum facere ad perpetuitatem imperii, docentium, si non modo Princeps ipse ab injuria absteineat, sed & suos severe ab injuria prohibeat,* id quod pluribus egregie confirmavit Piccartus, observat. hist. polit. decad. 12. cap. 6to. p. 380-387 ipseque Antonius de Gvevara in Horol. Princ. lib. III. cap. 6. prioribus. Non ita multo post Fratri Henrico, circa An. 1383. anno tertio regiminis sui, morienti, successit in ditione Magnus, ejusque factis mox post biennium ipse accessit. Tenuissima enim valitudine usus videtur, *ne*

ne videretur negligentior. Spadanum vicum hospitalium aquarum lavacris calentibus inclutum, petiit, sed in itinere Aquisgrani obiit An. 1385 d. 21 August. qui Princeps certe sui nominis erat, quia *vivacis ingenii* dotes ipsi tribuit Krantzius vandal. VIII. 12. Quamvis etiam referat, *eius temporibus nihil memorabile peractum*; hæc tamen de suo subjungit: *Non malum hercle signum, neque obscurum de Principis virtute testimonium: quia tranquillitatem temporum suorum promeretur. Neque enim fieri poterat, ut inquieto sub principe, quietus esset rerum status.* Superstites vero reliquit fratrem Albertum II. Regem Sveciæ & fratrualem, Albertum III. Henrici suspensoris filium, cujus utriusque stirps mascula mox exspiravit, ita ut in solo Magni filio

## JOHANNE II

Spem generis Meclenburgici divinitus conservatam fuisse videamus. Nunquam profecto ita Serenissimam Domum Meclenb. fata exercuerunt, quam sub hoc quidem Principe. Attonita olim obstupuit Saxonia. cum par filiorum incomparabile, Ernestus nempe atque Albertus felicissimi, gentis Ernestinæ ac Albertinæ conditores, per mancipium illud audaciæ omniumque scelerum Kauffungum, fuissent plagio subducti; sed a mortis favina incolumes fuerant relictæ, quam tamen Johannis Nostri Patruales, Albertus III. & Albertus IV. subire debuerunt, ipsiusque filii Johannes III. & Henricus Pinguis, vix evasere. Supplices itaque hinc veneremur cælestem bonitatem, quæ ita interitura stirpi Serenissimorum Principum Meclenb. prospexit, ut posteritatem Serenissimam etiam nunc florentem habeamus. Sed ad rem revertar. Johannes Nostros, raro Principum exemplo, non domi solum sed militiæ quoque clarus extitit, neque minus in præliis pedestribus fuit versatus, quam quidem in castris nauticis. Navalis enim rei peritiam, reperita classium adificatarum expeditio, satis probat. Quamvis etiam priorem navium classem sævior venti rabies partim

disjecerat, partim demererat, ipseque Dux Johannes præsentissimum naufragii vitæque periculum adierat, animum tamen non despondit, Ducem ratus Meelenburgicum classe vehi sua. Fortunæ itaque suæ confusus, navalibusque laboribus in nova atque alia classe comparanda, superatis, Danorum navalia castra ita terruit atque delusit, ut obsessam laborantemque Holmiam frumento victuque necessario firmaverit. Certe si olim, quantæ saluti fuerit universæ Græciæ, quod Themistocles peritissimos belli navalis fecerit Athenienses, bello maxime cognitum est Persico, cum Europæ succumberet Asia: Si etiam Græci ex insigni belli maritimi peritia Themistoclem nuncupaverunt *Naomachum*; facile quis intelliget, quantam ex hac navali victoria captivo Patrio suo Alberto Regi, nostræque Patriæ afferre valuisset salutem Johannes Noster Naomachus, si, quam feliciter vincere didicisset, tam strenue quoque parta victoria uti placuisset, neque datam opportunitatem temere dimisisset. Vide enim Crantzium Vandal. Scire enim ut multa alia in hanc rem Pericles apud Thucydidem, Bello Peloponnes. lib. I. circa fin. fere: *Maxima, inquit, res est, maris imperium.* Nolo autem plura de his maritimis præliis exponere, quia eadem in program. quod Albertum Sveciæ Regem An. 1737. enarravit, attigi.

His perfunctus laborum navalium periculis Johannes, civitatis suæ regendæ fuit studiosior. Varia proinde cum cognatis Ducibus Meelenb. & Werliis, vicinis item Ducibus Brunsvicensibus, Lunæburgensibus, Saxonæ & Pomeraniæ, Comitibus item Holsatiæ fœdera iniit, rum de mutuo sibi inferendo auxilio, propulsandaque injuria, tum quoque de definito copiarum numero mittendo, quæ singula latius persequi non licebit. Cum Micipsa enim Rege apud Sallustium de Bello Jugurth. cap. 10. ita sibi persuaserat: *Non exercitus neque thesauros præsidia regni esse, verum amicos.*

In avitum suum ducatum interea redierat Albertus Rex Sveciæ, suarumque dirionum leviolem vidit habitam fuisse rationem. Rerum enim suarum sategerant Lubicenses, ut Rege absente, Streckenissam fluvium, ex lacu Molnensi committerent cum flumine Delmenow. Sed

terra continens quæ utrumque flumen, vel lacum potius Molnensem ab eo rivo, quem *Delmenow* vocaverunt, dirimebat, per fossam manu factam ita erat conjungenda, ut Molnensis lacus per novum canalem seu alveum se ingerere posset in fluvium Delmeno. Nullum ergo omnino tempus ab hoc fodiendi opere intermittebant, & quia absentis Regis finibus non parebatur, *tangebant Magnopolensem terram in quadam parte.* Mirifice id inserviebat commodis Lubicensium promovendis & amplificandis, quia per lembos inermes eosque frumentarios atque salinarios albis fere ostia cum Baltico mari ita per hunc *rivum, quem Delmenow* vocaverunt, conjunxerant, ut superfedere possent sumtibus, quos in onera mercesque per currus transvehenda, impendere debebant, licet adverso navigarent flumine. Wis mariensium vero hinc aucta est calamitas, quia Boizenburgo antea advectæ merces, inde Wismaria, mari quærebantur & devehebantur a Lubicensibus. Albertus itaque redux factus rei novitate commotus, negavit se passurum, ita lacum Molnensem per suos fines fuisse aversum, parumque abfuit quin res ad arma pervenisset. Tandem per pacis arbitros lites fuere composita. Explicatius nunc singula intelligi posse credo, quæ a Krantzio Vandal. IX, 26. pluribus fuere ex Raimari Kocchii Chron. Lubicenf. exposita. Multa autem paucis complexa fuit Epitome Chemnitiana, hanc iis omnibus lucem affundens. An. 1402. *vertragen sich Herzog Johannes und König Albrecht mit der Stadt Lubec, wegen der Schiffahrt auf der Delmenow, NB. nehmen die Schiffe und Güther in ihren Schus, dafür soll für jede Last Saltes 6 Pfennige Recognition und Zoll-Geld ihnen entrichtet werden.* Operæ autem meæ me facturum spero pretium si singula recensita, digna judicavero, quæ observationibus Geographico-Politicis illustrentur. Docent enim nos (I.) Errores mapparum Geographicarum Homannianarum, forsitan aliarum, qui in Tabulis Circuli Saxonie Inferioris, terris item Meclenburgicis, nec minus Holsaticis specialioribus, ita graviter sunt commissi atque conspicui, ut in nullis harum Streckenist. fluvius terras lambat Meclenburgicas, licet in *Typo Geographico Ducatus Lauenburgici*, quem b. Ho.

Homanni Filius exhibuit, secus se habeant omnia atque rectius, ni-  
 si quod Stockenisse & Delmenaviae nominibus usus fuerit syno-  
 nymis. Commune hoc vitium est Tabulis Geographicis Patriam  
 nostram vulgo delineantibus, ut neque lacuum situm, neque fluvio-  
 rum ex illis plerumque excurrentium, sollicitam habuerint ratio-  
 nem. Haud difficile hoc ab iis observabitur, qui vel origines flu-  
 viorum Elde, & Varnow inquisiverint, vel nostrae saltem Nebela  
 ostium inspexerint, vel sexcenta alia emendaverint ex Latomi *Genealo-  
 Chronico Megapolitano*. In calce enim hujus operis quatuor insignio-  
 res fluvii, Varnus, Elde, Reckenissa & Penus describuntur. Nos  
 inter ea juvat didicisse, Delmenaviam fines Meelenburgicos, qua ad  
 occidentem vergunt, ita terminasse, ut apud Leoburgum demum se-  
 cum suo ostio in Albim exoneraverit. (II.) Oppidulum Möllen si-  
 tu suo acclivorem seu editiorem esse, quia lacui suo excursum lar-  
 gitur in rivum quem Delmeno vocare. Hinc rationem fossas non  
 solum ducendi sed & dilatandi a natura ipsa discimus, Frugalita-  
 rem quoque edocemur, quomodo terras per fluminum commissio-  
 nem ad merces transvehendas mercaturasque sublevandas, quorum-  
 vis usibus aptiores reddere debeamus, licet nondum ulla ratione  
 adsequi valeam, qui unus tenuis nulliusque momenti lacus vel stagnum  
 adeo suis gurgitibus fontibusque possit turgescere, ut non solum  
 duobus fluviiis emittendis sufficiat, sed alterum quoque emitat aqi-  
 lonarem in ostia Travi prope Moislingam, alterum vero meridio-  
 nalem juxta rœnia Lauenburgi immittat in Albim. Haud enim af-  
 firmare ausim, fluvium Trave, antequam in mare Balticum præcipi-  
 tetur, defluere in lacum Molnensem. Ita potius mecum statuo la-  
 cum Mólnensem, ante hanc novam tentatam fossam ex eorum ge-  
 nere fuisse, qui fluvium quidem in Travam emisit, nullum vero  
 ex eadem receperit. (III.) Albertum Regem & Johannem Ducem  
 jure succensisse Lubicēnsibus, qui Principibus Meclenb. incisi,  
 hoc fossatum tentaverant. Quamvis etiam largiamur vel fingamus,  
 quod rivus quem Delmenow vocare, alveum non mutaverit, no-  
 vus tamen nascitur fluvius, facta manu fossa, in quam aqua immitti-  
 tur,

tur, docente Grotio II 3. 17 de J. B & P. præsertim cum novum  
 hoc novi fluminis iter s. fossatum, quod alveum etiam dixeris, non  
 a natura, sed hominum industria fuerit factus, qui, prout sapius ma-  
 gis vel minus sunt depressi, modo in una, modo in alia parte; ita etiam  
 exundationis periculum imminere vel imminui solet. Erii quidem,  
 Ducis Saxonie consensus patrocinari videbatur Lubicensibus, se ter-  
 ram Magnopoleensem fodisse negantibus, sed solum, quod ad Ducem  
 pertinere Saxonie contractasse, affirmantibus; sed quantæ autorita-  
 tis fidei, sint testimonia domestica, res ipsa loquitur, neque vide-  
 restes, qui adseruissent a quonam Lubicenses facultatem impetraverint  
 hunc amnem SUIB navibus occupandi. Conf. interim Grotius l. c.  
 §. 18. (IV.) Operam non lussent Cranzius Chemnitiusque (nisi  
 Is forte in *Chronico Meclenb.* majori idem præstiterit, quod Epitome  
 fieri vetabat) si ex Hydrostatica vel Geographia, saltem mathemati-  
 ce tractata, nos docuissent institutam fodiendi rationem & operas.  
 Cum enim fluvii, quo fontibus sunt propiores, eo sint altiores: &  
 quo ostiis sunt propiores, eo sint depressi magis, sed eo plerumque  
 latiores evadant, parum abest, quin in istam traducar senten-  
 tiam, initium fodiendi non a capite, sed ostio fluminis ductum fuis-  
 se, ut hac etiam ratione inundationis periculo obviam iverint.  
 Haud interim negavero, notum satisque tritum, etiam in Geogra-  
 phia Generali atque Mathematica problema vel postulatum esse:  
*A dato fonte vel fluvio ad datum locum deducere fluvium*, id quod ex  
 præcognitis Geometricis & cum de libramento aquæ fuerit præce-  
 ptum solutu haud erit peritioribus difficile. Vide enim D. Bernh.  
 Varenii Geograph. Generalem, ab Isaac Newtono auctam & illu-  
 stratam, capp. 15. & 16. p. m. 245 sqq. cui nunc Recentiores adjice-  
 re non pœnitebit, qui data opera hanc Matheseos partem excolue-  
 re sui ingenii felicitate. Primum vero inter illos locum occupat  
 Leonh. Christoph. Sturmus in *der Aufrichtigen Entdeckung des  
 zu Aufnahme der Länder und Commerciens, höchstnützlichen Nivelli-  
 rens oder Wasserwägens. Augspurg 1715.* in fol. Item, in der  
 gründlichen und Practischen Unterweisung, wie man Fangschleusen  
 X X  
 seu



que in sua sede offenderet, versprechen sich einen rechten Burg-  
 Frieden (verba refero ex Epitome Chemnitiana) an allen Orten,  
 da Sie zusammen seyn werden, zu halten. Neque etiam attingere  
 licet, quanta in seditiosos cives Wismarienses ulus fuerit indulgentia,  
 quia Crantzius Vandal. VIII. eam rem pluribus persequitur. Multo minus  
 aggredior de Johannis prudentia Fœderali multa referre, & quam  
 cautus erga sua, h. e. Serenissimorum suorum successorum, bona fuerit.  
 Stirpem enim Herulanam & Sargardiensem mox sine prole mascula  
 interituram prœvidens, de futura in utriusque ditiones successione  
 sibi suisque prospexit. Illud vero magnificentissimum factum propriumque  
 Johannis ducis, quod cum Patruale Alberto IV. sedem stabilem, quid  
 stabilem? sedem æternam domiciliumque perenne laudum suarum,  
 suorumque Gloriosissimorum Successorum condiderit  
 Academiam Rostochiensem, O Sapientissimam atque Divinam  
 Optimi Principis animam! quæ non concessit ut inter Cives suos  
 & vicinas Gentes nomen suum longe lateque vagaretur,  
 nisi Mulas Rostochienses, suis stabilitas consiliis institutisque,  
 excitavisset. Hanc vero gloriam Johanni Nostro propriam  
 asserui, quia Patruelis ipsius Albertus IV. minor erat XXIV.  
 annos natus. Ipse etiam Magnificus Urbis Rostochiensis Senatus  
 gestit se in societatem hujus quidem immortalis gloriæ ingerere.  
 Quanta autem Johanni Nostro erga fundatam a se Academiam fuerit  
 munificentia & in Eadem dotanda rebusque annuis locupletandis,  
 pietas, hæc quidem pagina non capiunt. Quavis etiam cedro sunt  
 digniora quamquæ his levioribus plagulis, Serenissimorum Successorum,  
 Henrici Pinguis & Pro Nepotis Henrici Pacifici, effusa liberalitatis  
 dona enumerentur aut juste reconseantur. Quodsi vero Johannis  
 Alberti I. ejusque filii, Ulrici, Nestoris illius Germaniæ & Solonis  
 nostri Mecklenburgici, hujusque item Conjugis Annæ, collata in hunc  
 Apollinis Pindum largissima beneficia vel enarrando me assecuturum  
 sperarem, nescirem sane, orationis exitum difficilius a me inventum  
 iri, quam ejusdem primordium. Nondum omnium gratorum animis  
 effluerunt Gustavi Adolphi, gl. m. effusa largitiones,  
 X X 2 qui-

quibus illustra, huic scientiarum emporio, splendidissimaque conciliatum ivit lumina, illorumque indigentiae auxilio fuit certissimo. Friderico autem Wilhelmo, p. m. quae mens fuerit, ut omnibus, quibuscumque poster rebus, hanc *Kiriath Sepher*, hanc, inquam *Bibliothecam* non modo ambulanti, sed nunquam intermorituram, sublevaret, debitisque praemiis Cratippos adficeret, eorumque difficultates leniret, amplissima illa dos, quam An. 1703. iisdem destinavit, dos inquam *viginti millium thalerorum*, ex cujus annuis redditibus Professorum Ducalium Salaria essent amplificanda, satis ipsa loqueretur. Extat vero in programmate hujus Rostochiensis Academiae, quo funus KLEINIANUM, d. 13 Octobr. Anno 1732. indixit, plenior hujus quidem dotis enarratio, plag. D. Tantarum vero abest, ut Serenissimus Frater, hujus quidem pio laudibusque majori consilio, non satisfecisset, si fluctus civiles fuissent sedari aliaque res compositae, ut amplissimas etiam ab Ejusdem Clementia, domestica illa & innata Ser. Ducibus Meclenb. virtute, accessiones humillimi exspectemus. Hanc enim antiquitatis laudem jure sibi vindicat Academia Rostochiensis, ut post Constantiense concilium fuerit prima. Ex eo enim tempore tanta vel in sola Germania exerevit Universitatum multitudo, quantum vix in ceteris Europae Dominantis Regnis omnibus nec numerare nec invenire poteris, observante Lansio in Consult. de Princip. Provinc. Europae pag 41. Certe ipsius hujus mensis dies, qui Luthero Nostro baptismatis fuit & onomasticus, prima quoque dedit nata a Seren. Ducibus Meclenburg. Academiae Rostochiensis initia, quod bonum faustum felixque omen esse jubeat Deus T. O. M. Clementissimi etiam sui Nutritoris & indulgentissimi Conservatoris apparanda indicit Natalia, cras V. D. faustissimis sideribus caeloque propitio reditura. O diem exoptatissimum, qui, ut melior semper revertatur, communi omnium voto, cunctisque suspiriis expetitur. Sextam enim Annorum Decadem feliciter explevit superavitque per Sospitatoris gratiam Serenissimus Patriae Pater, Eliphaticque sententiam vel Rabbinozum potius oracula, ad Job. 5. 26. a Buxtorffo

in Lexico Hebr. voce נִסְיָא relata, vel implevit vel elusit. Tertiam quoque cum vivida sua viridique senectâ ingreditur Nestoris ætatem. Hunc enim nonagenarium vel 99. anno natum, diem obiisse supremum, illosque turpiter falli, qui Nestorem CCC. annorum ætatem vivendo explevisse asseverant, egregie probarunt cum de la Cerda ad Virgil. Æneid. VIII. 508. fol. 235. tum, G. J. Vossius Theol. Gentil. III. 79. p. m. 1158. Certe, si Tiberio Cæsari hoc quidem multæ laudi ducitur a Svetonio cap. 68. quod *valetudine prosperrima usus fuerit, tempore quidem principatus pene toto, prope illasa*: ita ut Plutarcho etiam teste in Commentario An Seni gerenda sit Respubl. ? cap. 31. *Turpe ratus fuerit ei, qui sexagesimum ætatis annum excesserit, manum medico porrigere*, quid ni hanc supremi Numinis gratiam in Serenissimo Duce atque Principe Nostro, *Domino CAROLO LEOPOLDO, Duce Regnante Meclenburgico, Principe vetustæ Gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comite itum Sverinensi, Terrarum Rostochii atque Stargardis Dynasta, Domino & Nutritore nostro Clementissimo*, modo sexagenario supplices veneremur, quæ nobis *gravem ætatem revera gravem & suspiciendam, salutandam amplectendamque prabet*, ut cum Plutarcho l. c. iterum loquar. Quis enim mortalium hanc juvenilem senectutem non optaret, præferretque senili atque effcææ juventæ? Raram certe, in Principibus quam maxime, observabimus longævitatem, causas vero hujus raræ felicitatis, exquirant alii cum Anton. de Guevara in Horol. Princ. Lib. III. 23. & seq. est Serenissimæ Domui Meclenb. Senum coronas nondum defuisse, lætamur, nostramque pietatem non mediocriter accendit. Factum proinde est ut excitaverimus

VOX Hæc PROGERES & ADMINISTRI UTI Hæc  
 Nobi-  
 )( ) 3

*Nobilissimos Juvenes in ipso ætatis, literarum, morum-  
que cultu lætissime florentes, cras V. D. post horam  
III. dicturos,*

- I. BERNHARDUM GOTTHARDUM de WICKE-  
DE, Equit. Meclenb. *de Diis Juventæ & Senectutis  
Præsidibus, Orat. Latina.*
- II. CAROLUM LEOPOLDUM BLAU, Sverinens.  
*Serenissimo Duci Regnanti humillime gratulaturum de  
superato feliciter LX. ætatis anno, ex felicitatibus sexa-  
genariorum, Metro Germ.*
- III. CASPARUM LEVIN. HARTMANN. Biendor.  
Meclenb. qui *Serenissimæ Principi Filie Augustas cum  
novo Genero Nuptias humillime gratulabitur, Orat.  
Germ.*
- IV. TOBIAM DANIELEM KNÖCHEL, Gustro-  
viens. *Memorabilia Johannis II. Orat. Lat. re-  
censiturum.*
- V. JOHANNEM GEORGIUM LUGERUM, Gustro-  
viensem. *Laudes & Prærogativas Ill. Acad. Rosloch.  
carmine germ, decantaturum.*

VOS Itaque PROCERES & ADMINISTRI UTRIUSQUE  
REIPUBL. quibus jucundum hoc a Juventute debetur officium, ut  
Vestra ora revereatur, suaque habeat, quæ consultum adeat, venereturque  
oraacula : ut Vestram Coronam suspiciat, Vosque exempla vir-  
tutum, rerumque præclare gerendarum intueatur, hoc dabitis meis  
precibusque Juvenumque laudabili, Vobis placendi studio, ut fre-  
quen-

quentes atque cum favore confluat, oratorumque animos in dicendo confirmetis. Quod si enim Æschylus uno omnium calculo & hodie quoque probatur, quod dixerit: *Est Domus oculus, assidua heri in domo presentia*, facile certe intelligetis, quanto cultu desiderioque vestram prosequuturi simus audiendi benevolentiam, si quando Vestra luce tenebras nostras illustrare gratiosissime placuerit. Vos enim præcipue intuebimur, vestramque sequemur fidem & religionem, cum *Serenissimi Ducis atque Principis, Domini CAROLI LEOPOLDI, Ducis Regnantis Meclenb. &c.* salutem DEO T. O. M. commendabit: cum SERENISSIMÆ PRINCIPI FILIÆ AUGUSTUM THORUM gratulabimini; cum denique pro SERENISSIMA DOMO MECLENBURG, OMNI ita Vestris precibus intercedetis, ut FILII quoque ejusdem *sint sicut novella plantationes in Juventute sua; FILIÆ vero ejusdem, composita, circum ornata ut atria Templi.*

S. D. G.




123 (12) 123

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.


S. D. G.











De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies  
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen  
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-  
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-  
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande  
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w  
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent  
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick  
 Cum deinde turbulentum *Brunsvicum*, mox vero Gv  
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te  
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut  
 fementes, dictaqve Monasteria latius enarrabunt Auto  
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque  
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.  
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M  
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen  
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g  
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena  
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.  
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.  
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*  
*xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi  
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore  
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac  
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17  
*CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II.* p. 286 - 2  
*Jac. THOMASII, Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n  
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

